



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 39. Concilium Parisiense secundum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum VI. *nia cito in Provinciis vestris manifestis,*  
A.C. 552. *ne quis ab his impostoribus decipiatur, aut*  


---

Sup. §. 24. *a quodam, nomine Anastasio, quem S. Epis-*  
*copus Arelatensis Aurelianus ante bien-*  
*nium ad Papam delegavit; is enim cum*  
*aliis conditionibus Constantinopoli abire*  
*non permitteretur, largis donationibus*  
*seductus, jurejurando promisit, se omni-*  
*bis Episcopis Galliæ persuasurum, ut tria*  
*Capitula damnarent, & Papæ Epistolas,*  
*quibus Episcopos Galliæ, quid ageretur,*  
*certiores reddere volebat, deferendas ac-*  
*cipere noluit. Ergo Episcopos Regionum*  
*vestrarum monete, ut Papam & Episco-*  
*pum Dacium datis litteris consolentur, &*  
*confirment, ne novam Doctrinam reci-*  
*piant. Postquam Constantinopolim per-*  
*veneritis, ipsis, ut poteritis, opem fert,*  
*præprimis Dacio. Petite ut ei ad Eccle-*  
*siam suam, jam annis quindecim vel sex-*  
*decim absenti, redire liceat. Nam omnes*  
*ferme Episcopi, quos ab ipso ordinari con-*  
*suetudo postulat, ut scitis, defuncti sunt,*  
*jamque innumera populi multitudo sine Ba-*  
*ptismate moritur.*

### §. XXXIX.

#### Concilium Parisiense secundum.

*Sancto Aureliano Arelatensi brevi post-*  
*v. Coint. an.* *ea ad superos translato, Sapaudus*  
*551. n. 5.* *Successor ejus, secundo Concilio Pari-*  
*to. 5. Conc.* *siensi circa annum 551. celebrato præ-*  
*p. 811.* *fuit.*

fuit. Aderant Episcopi viginti septem, <sup>Sæculum VI.</sup>  
 inter quos numerabantur sex Metropoli- <sup>A. C. 552.</sup>  
 tæ, scilicet, Sapaudus Arelatensis, Hefy-  
 chius Viennensis, Nicetes Trevirensis,  
 Probianus Bituricensis Desiderii Succe-  
 sor, Constitutus Senonensis, Leontius  
 Burdegalensis. Hæc Synodus in ædibus  
 Ecclesiæ congregata, invitante Rege  
 Childeberto, in Causa Saffaraci Episco-  
 pi Parisiensis, qui magni criminis convi-  
 ctus fuerat. Jussit Concilium Acta sibi  
 exhiberi, ex quibus liquebat, Saffara-  
 cum crimen suum confessum fuisse coram  
 Medoveo Episcopo Meldensi, S. Lubino  
 Episcopo Carnutensi, Leobacario Abbe, <sup>Sup. lib.</sup>  
 Hiculpho Presbytero, Eterno Archidia-  
 cono, & Castricio Diacono, in Concilio  
 præsentibus ubi testimonium reddide-  
 runt, sicut etiam Ardaricus seu Aridius  
 Episcopus Nivernensis. Synodus judi-  
 cavit crimen plene esse probatum, & il-  
 los tres Episcopos bene egisse, quod Saf-  
 faracum Monasterio incluserint. Tum  
 Metropolitano ipsius, Constituto Seno-  
 nensi mandatum, ut eum secundum Ca-  
 nones deponeret. Quo facto, in deposi-  
 ti locum Eusebius Episcopus Parisiensis  
 ordinatus est. Is, ut suo loco retulimus, <sup>XXXII.</sup>  
 S. Clodoaldum Presbyterum ordinavit. <sup>s. 44.</sup>

## §. XL.